

Epistola Pauli Ad Thessalonicenses I

1:1 Paulus et Siluanus et Timotheus ecclesiae Thessalonicensium in Deo Patre et Domino Iesu Christo gratia uobis et pax 1:2 gratias agimus Deo semper pro omnibus uobis memoriam facientes in orationibus nostris sine intermissione 1:3 memores operis fidei uestrae et laboris et caritatis et sustinentiae spei Domini nostri Iesu Christi ante Deum et Patrem nostrum 1:4 scientes fratres dilecti a Deo electionem uestram 1:5 quia euangelium nostrum non fuit ad uos in sermone tantum sed et in uirtute et in Spiritu Sancto et in plenitudine multa sicut scitis quales fuerimus uobis propter uos 1:6 et uos imitatores nostri facti estis et Domini excipientes uerbum in tribulatione multa cum gaudio Spiritus Sancti 1:7 ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia et in Achaia 1:8 a uobis enim diffamatus est sermo Domini non solum in Macedonia et in Achaia sed in omni loco fides uestra quae est ad Deum profecta est ita ut non sit nobis necesse quicquam loqui 1:9 ipsi enim de nobis adnuntiant qualem introitum habuerimus ad uos et quomodo conuersi estis ad Deum a simulacris seruire Deo uiuo et uero 1:10 et expectare Filium eius de caelis quem suscitauit ex mortuis Iesum qui eripuit nos ab ira uentura

2:1 nam ipsi scitis fratres introitum nostrum ad uos quia non inanis fuit 2:2 sed ante passi et contumeliis affecti sicut scitis in Philippis fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad uos euangelium Dei in multa sollicitudine 2:3 exhortatio enim nostra non de errore neque de inmunditia neque in dolo 2:4 sed sicut probati sumus a Deo ut crederetur nobis euangelium ita loquimur non quasi hominibus placentes sed Deo qui probat corda nostra 2:5 neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis sicut scitis neque in occasione auaritia Deus testis est 2:6 nec quaerentes ab hominibus gloriam neque a uobis neque ab aliis 2:7 cum possimus oneri esse ut Christi apostoli sed facti sumus lenes in medio ue-

1:1 Paul, and Silvanus, and Timotheus, unto the church of the Thessalonians which is in God the Father and in the Lord Jesus Christ: Grace be unto you, and peace, from God our Father, and the Lord Jesus Christ.

1:2 We give thanks to God always for you all, making mention of you in our prayers;

1:3 Remembering without ceasing your work of faith, and labour of love, and patience of hope in our Lord Jesus Christ, in the sight of God and our Father;

1:4 Knowing, brethren beloved, your election of God.

1:5 For our gospel came not unto you in word only, but also in power, and in the Holy Ghost, and in much assurance; as ye know what manner of men we were among you for your sake.

1:6 And ye became followers of us, and of the Lord, having received the word in much affliction, with joy of the Holy Ghost.

1:7 So that ye were ensamples to all that believe in Macedonia and Achaia.

1:8 For from you sounded out the word of the Lord not only in Macedonia and Achaia, but also in every place your faith to God-ward is spread abroad; so that we need not to speak any thing.

1:9 For they themselves shew of us what manner of entering in we had unto you, and how ye turned to God from idols to serve the living and true God;

1:10 And to wait for his Son from heaven, whom he raised from the dead, even Jesus, which delivered us from the wrath to come.

2:1 For yourselves, brethren, know our entrance in unto you, that it was not in vain:

2:2 But even after that we had suffered before, and were shamefully entreated, as ye know, at Philippi, we were bold in our God to speak unto you the gospel of God with much contention.

2:3 For our exhortation was not of deceit, nor of uncleanness, nor in guile:

2:4 But as we were allowed of God to be put in trust with the gospel, even so we speak; not as pleasing men, but God, which trieth our hearts.

2:5 For neither at any time used we flattering words, as ye know, nor a cloke of covetousness; God is witness:

2:6 Nor of men sought we glory, neither of you, nor yet of others, when we might have been burdensome, as the apostles of Christ.

2:7 But we were gentle among you, even as a nurse cherisheth her children:

Biblia Sacra Vulgata

2:8 So being affectionately desirous of you, we were willing to have imparted unto you, not the gospel of God only, but also our own souls, because ye were dear unto us.

2:9 For ye remember, brethren, our labour and travail: for labouring night and day, because we would not be chargeable unto any of you, we preached unto you the gospel of God.

2:10 Ye are witnesses, and God also, how holily and justly and unblameably we behaved ourselves among you that believe:

2:11 As ye know how we exhorted and comforted and charged every one of you, as a father doth his children,

2:12 That ye would walk worthy of God, who hath called you unto his kingdom and glory.

2:13 For this cause also thank we God without ceasing, because, when ye received the word of God which ye heard of us, ye received it not as the word of men, but as it is in truth, the word of God, which effectually worketh also in you that believe.

2:14 For ye, brethren, became followers of the churches of God which in Iudaea are in Christ Jesus: for ye also have suffered like things of your own countrymen, even as they have of the Jews:

2:15 Who both killed the Lord Jesus, and their own prophets, and have persecuted us; and they please not God, and are contrary to all men:

2:16 Forbidding us to speak to the Gentiles that they might be saved, to fill up their sins alway: for the wrath is come upon them to the uttermost.

2:17 But we, brethren, being taken from you for a short time in presence, not in heart, endeavoured the more abundantly to see your face with great desire.

2:18 Wherefore we would have come unto you, even I Paul, once and again; but Satan hindered us.

2:19 For what is our hope, or joy, or crown of rejoicing? Are not even ye in the presence of our Lord Jesus Christ at his coming?

2:20 For ye are our glory and joy.

3:1 Wherefore when we could no longer forbear, we thought it good to be left at Athens alone;

3:2 And sent Timotheus, our brother, and minister of God, and our fellowlabourer in the gospel of Christ, to establish you, and to comfort you concerning your faith:

3:3 That no man should be moved by these afflictions: for yourselves know that we are appointed thereunto.

strum tamquam si nutrix foueat filios suos 2:8 ita desiderantes uos cupide uolebamus tradere uobis non solum euangelium Dei sed etiam animas nostras quoniam carissimi nobis facti estis 2:9 memores enim estis fratres laborem nostrum et fatigationem nocte et die operantes ne quem uestrum grauaremus praedicauius in uobis euangelium Dei 2:10 uos testes estis et Deus quam sancte et iuste et sine querella uobis qui credidistis fuimus 2:11 sicut scitis qualiter unumquemque uestrum tamquam pater filios suos 2:12 deprecantes uos et consolantes testificati sumus ut ambularetis digne Deo qui uocauit uos in suum regnum et gloriam 2:13 ideo et nos gratias agimus Deo sine intermissione quoniam cum accepissetis a nobis uerbum auditus Dei accepistis non ut uerbum hominum sed sicut est uere uerbum Dei qui operatur in uobis qui credidistis 2:14 uos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum Dei quae sunt in Iudaea in Christo Iesu quia eadem passi estis et uos a contribulibus uestris sicut et ipsi a Iudaeis 2:15 qui et Dominum occiderunt Iesum et prophetas et nos persecuti sunt et Deo non placent et omnibus hominibus aduersantur 2:16 prohibentes nos gentibus loqui ut saluae fiant ut impleant peccata sua semper praeuenit autem ira Dei super illos usque in finem 2:17 nos autem fratres desolati a uobis ad tempus horae aspectu non corde abundantius festinauimus faciem uestram uidere cum multo desiderio 2:18 quoniam uoluimus uenire ad uos ego quidem Paulus et semel et iterum et inpediuit nos Satan 2:19 quae est enim nostra spes aut gaudium aut corona gloriae nonne uos ante Dominum nostrum Iesum estis in aduentu eius 2:20 uos enim estis gloria nostra et gaudium

3:1 propter quod non sustinentes amplius placuit nobis remanere Athenis solis 3:2 et misimus Timotheum fratrem nostrum et ministrum Dei in euangelio Christi ad confirmandos uos et exhortandos pro fide uestra 3:3 ut nemo mouea-

Epistola Pauli Ad Thessalonicenses I

tur in tribulationibus istis ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus 3:4 nam et cum apud uos essemus praedicebamus uobis passuros nos tribulationes sicut et factum est et scitis 3:5 propterea et ego amplius non sustinens nisi ad cognoscendam fidem uestram ne forte temptauerit uos is qui temptat et inanis fiat labor noster 3:6 nunc autem ueniente Timotheo ad nos a uobis et adnuntiante nobis fidem et caritatem uestram et quia memoriam nostri habetis bonam semper desiderantes nos uidere sicut nos quoque uos 3:7 ideo consolati sumus fratres in uobis in omni necessitate et tribulatione nostra per uestram fidem 3:8 quoniam nunc uiuimus si uos statis in Domino 3:9 quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro uobis in omni gaudio quo gaudemus propter uos ante Deum nostrum 3:10 nocte et die abundantius orantes ut uideamus faciem uestram et compleamus ea quae desunt fidei uestrae 3:11 ipse autem Deus et Pater noster et Dominus Iesus dirigat uiam nostram ad uos 3:12 uos autem Dominus multiplicet et abundare faciat caritatem in inuicem et in omnes quemadmodum et nos in uobis 3:13 ad confirmanda corda uestra sine querella in sanctitate ante Deum et Patrem nostrum in aduentu Domini nostri Iesu cum omnibus sanctis eius amen

4:1 de cetero ergo fratres rogamus uos et obsecramus in Domino Iesu ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo uos oporteat ambulare et placere Deo sicut et ambulatis ut abundetis magis 4:2 scitis enim quae praecepta dederimus uobis per Dominum Iesum 4:3 haec est enim uoluntas Dei sanctificatio uestra 4:4 ut abstineteis uos a fornicatione ut sciat unusquisque uestrum suum uas possidere in sanctificatione et honore 4:5 non in passione desiderii sicut et gentes quae ignorant Deum 4:6 ut ne quis supergrediatur neque circumueniat in negotio fratrem suum quoniam uindex est Dominus de his omnibus sicut et praediximus uobis et testi-

3:4 For verily, when we were with you, we told you before that we should suffer tribulation; even as it came to pass, and ye know.

3:5 For this cause, when I could no longer forbear, I sent to know your faith, lest by some means the tempter have tempted you, and our labour be in vain.

3:6 But now when Timotheus came from you unto us, and brought us good tidings of your faith and charity, and that ye have good remembrance of us always, desiring greatly to see us, as we also to see you:

3:7 Therefore, brethren, we were comforted over you in all our affliction and distress by your faith:

3:8 For now we live, if ye stand fast in the Lord.

3:9 For what thanks can we render to God again for you, for all the joy wherewith we joy for your sakes before our God;

3:10 Night and day praying exceedingly that we might see your face, and might perfect that which is lacking in your faith?

3:11 Now God himself and our Father, and our Lord Jesus Christ, direct our way unto you.

3:12 And the Lord make you to increase and abound in love one toward another, and toward all men, even as we do toward you:

3:13 To the end he may stablish your hearts unblameable in holiness before God, even our Father, at the coming of our Lord Jesus Christ with all his saints.

4:1 Furthermore then we beseech you, brethren, and exhort you by the Lord Jesus, that as ye have received of us how ye ought to walk and to please God, so ye would abound more and more.

4:2 For ye know what commandments we gave you by the Lord Jesus.

4:3 For this is the will of God, even your sanctification, that ye should abstain from fornication:

4:4 That every one of you should know how to possess his vessel in sanctification and honour;

4:5 Not in the lust of concupiscence, even as the Gentiles which know not God:

4:6 That no man go beyond and defraud his brother in any matter: because that the Lord is the avenger of all such, as we also have forewarned you and testified.

Biblia Sacra Vulgata

4:7 For God hath not called us unto uncleanness, but unto holiness.

4:8 He therefore that despiseth, despiseth not man, but God, who hath also given unto us his holy Spirit.

4:9 But as touching brotherly love ye need not that I write unto you: for ye yourselves are taught of God to love one another.

4:10 And indeed ye do it toward all the brethren which are in all Macedonia: but we beseech you, brethren, that ye increase more and more;

4:11 And that ye study to be quiet, and to do your own business, and to work with your own hands, as we commanded you;

4:12 That ye may walk honestly toward them that are without, and that ye may have lack of nothing.

4:13 But I would not have you to be ignorant, brethren, concerning them which are asleep, that ye sorrow not, even as others which have no hope.

4:14 For if we believe that Jesus died and rose again, even so them also which sleep in Jesus will God bring with him.

4:15 For this we say unto you by the word of the Lord, that we which are alive and remain unto the coming of the Lord shall not prevent them which are asleep.

4:16 For the Lord himself shall descend from heaven with a shout, with the voice of the archangel, and with the trump of God: and the dead in Christ shall rise first:

4:17 Then we which are alive and remain shall be caught up together with them in the clouds, to meet the Lord in the air: and so shall we ever be with the Lord.

4:18 Wherefore comfort one another with these words.

5:1 But of the times and the seasons, brethren, ye have no need that I write unto you.

5:2 For yourselves know perfectly that the day of the Lord so cometh as a thief in the night.

5:3 For when they shall say, Peace and safety; then sudden destruction cometh upon them, as travail upon a woman with child; and they shall not escape.

5:4 But ye, brethren, are not in darkness, that that day should overtake you as a thief.

5:5 Ye are all the children of light, and the children of the day: we are not of the night, nor of darkness.

5:6 Therefore let us not sleep, as do others; but let us watch and be sober.

5:7 For they that sleep sleep in the night; and they that be drunken are drunken in the night.

ficati sumus 4:7 non enim uocauit nos Deus in immunditia sed in sanctificatione 4:8 itaque qui spernit non hominem spernit sed Deum qui etiam dedit Spiritum suum Sanctum in uobis 4:9 de caritate autem fraternitatis non necesse habemus scribere uobis ipsi enim uos a Deo didicistis ut diligatis inuicem 4:10 etenim facitis illud in omnes fratres in uniuersa Macedonia rogamus autem uos fratres ut abundetis magis 4:11 et operam detis ut quieti sitis et ut uestrum negotium agatis et operemini manibus uestris sicut praecepimus uobis 4:12 et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt et nullius aliquid desideretis 4:13 nolumus autem uos ignorare fratres de dormientibus ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent 4:14 si enim credimus quod Iesus mortuus est et resurrexit ita et Deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo 4:15 hoc enim uobis dicimus in uerbo Domini quia nos qui uiuimus qui residui sumus in aduentum Domini non praeueniemus eos qui dormierunt 4:16 quoniam ipse Dominus in iussu et in uoce archangeli et in tuba Dei descendet de caelo et mortui qui in Christo sunt resurgent primi 4:17 deinde nos qui uiuimus qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Domino in aera et sic semper cum Domino erimus 4:18 itaque consolamini inuicem in uerbis istis

5:1 de temporibus autem et momentis fratres non indigetis ut scribamus uobis 5:2 ipsi enim diligenter scitis quia dies Domini sicut fur in nocte ita ueniet 5:3 cum enim dixerint pax et securitas tunc repentinus eis superueniet interitus sicut dolor in utero habenti et non effugient 5:4 uos autem fratres non estis in tenebris ut uos dies ille tamquam fur comprehendat 5:5 omnes enim uos filii lucis estis et filii diei non sumus noctis neque tenebrarum 5:6 igitur non dormiamus sicut ceteri sed uigilemus et sobrii simus 5:7 qui enim dormiunt nocte dormiunt et qui ebrii sunt nocte eb-

Epistola Pauli Ad Thessalonicenses I

rii sunt 5:8 nos autem qui diei sumus sobrii simus induti loricam fidei et caritatis et galeam spem salutis 5:9 quoniam non posuit nos Deus in iram sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Iesum Christum 5:10 qui mortuus est pro nobis ut siue uigilemus siue dormiamus simul cum illo uiuamus 5:11 propter quod consolamini inuicem et aedificate alterutrum sicut et facitis 5:12 rogamus autem uos fratres ut noueritis eos qui laborant inter uos et praesunt uobis in Domino et monent uos 5:13 ut habeatis illos abundantius in caritate propter opus illorum pacem habete cum eis 5:14 rogamus autem uos fratres corripite inquietos consolamini pusillanimes suscipite infirmos patientes estote ad omnes 5:15 uidete ne quis malum pro malo alicui reddat sed semper quod bonum est sectamini et in inuicem et in omnes 5:16 semper gaudete 5:17 sine intermissione orate 5:18 in omnibus gratias agite haec enim uoluntas Dei est in Christo Iesu in omnibus uobis 5:19 Spiritum nolite extinguere 5:20 prophetias nolite spernere 5:21 omnia autem probate quod bonum est tenete 5:22 ab omni specie mala abstinete uos 5:23 ipse autem Deus pacis sanctificet uos per omnia et integer spiritus uester et anima et corpus sine querella in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur 5:24 fidelis est qui uocauit uos qui etiam faciet 5:25 fratres orate pro nobis 5:26 salutate fratres omnes in osculo sancto 5:27 adiuro uos per Dominum ut legatur epistula omnibus sanctis fratribus 5:28 gratia Domini nostri Iesu Christi uobiscum amen

5:8 But let us, who are of the day, be sober, putting on the breastplate of faith and love; and for an helmet, the hope of salvation.

5:9 For God hath not appointed us to wrath, but to obtain salvation by our Lord Jesus Christ,

5:10 Who died for us, that, whether we wake or sleep, we should live together with him.

5:11 Wherefore comfort yourselves together, and edify one another, even as also ye do.

5:12 And we beseech you, brethren, to know them which labour among you, and are over you in the Lord, and admonish you;

5:13 And to esteem them very highly in love for their work's sake. And be at peace among yourselves.

5:14 Now we exhort you, brethren, warn them that are unruly, comfort the feebleminded, support the weak, be patient toward all men.

5:15 See that none render evil for evil unto any man; but ever follow that which is good, both among yourselves, and to all men.

5:16 Rejoice evermore.

5:17 Pray without ceasing.

5:18 In every thing give thanks: for this is the will of God in Christ Jesus concerning you.

5:19 Quench not the Spirit.

5:20 Despise not prophesyings.

5:21 Prove all things; hold fast that which is good.

5:22 Abstain from all appearance of evil.

5:23 And the very God of peace sanctify you wholly; and I pray God your whole spirit and soul and body be preserved blameless unto the coming of our Lord Jesus Christ.

5:24 Faithful is he that calleth you, who also will do it.

5:25 Brethren, pray for us.

5:26 Greet all the brethren with an holy kiss.

5:27 I charge you by the Lord that this epistle be read unto all the holy brethren.

5:28 The grace of our Lord Jesus Christ be with you. Amen.

Biblia Sacra Vulgata
